

4 ff. de verborum obligat. filiorum autem appellatione proprie non continentur, sed per extensionem, ut arguitur in l. cū in adoptiuis, 10. §. quæ in filio, C. de adoptionibus, dict. l. pronuntiatio. 195. in princip. ibi, porrigitur. & l. iusta. 201. ff. de verborum significacione. Verisimiliter namque est, quod masculinum ex proprietate sermonis concipiat femininum, atque adeo filiorum appellatione femine quoque, seu filiarum continentur, l. ibi, complectitur (quod verbum proprietatem denotat) ff. de verborum significacione. & legibus similibus.

5 Deinde si emphyteusis esse contractum bonæ fidei, non vero stricti iuris, ad oculum demonstratum est supra in annotationibus, ad q. 2. nu. 19. & seqq. Præterea negatur, verba in contractibus ita proprie & strictè accipienda esse, ut interpretatio iusta, & contrahentium mentis conformis excludatur: quandoquidem mens contrahentium magis spectanda est, quam verba, l. in conventionibus. 2. 19. ff. de regul. iur. de verb. signif. l. semper in stipulationibus. 34. ff. de regul. iur.

7 Similiter non obstat, quod in stipulationibus, & pactis verba ambigua, aut dubia interpretanda sunt contra stipulatorem, qui

poterat legem contractibus apertius dicere, l. veterib. 39. ff. de pact. l. stipulatio ista. 38. §. in stipulationibus, 18. & d. l. quicquid, 99. ff. de verb. oblig. Nam nostrum in casu verba non sunt dubia, vel ambigua: quia lex illa interpretatur, ut tam masculinos, quam feminas comprehendat. d. l. pronuntiatio. 195. & d. l. iusta, 201. ff. de verb. signif. cum similibus. Sed & cum regula sit masculinum concipere femininum: non dicitur res obscura, nec ambigua, sed clara, & certa pro eo, qui fundatur in regula, ut notant Bartholus in l. quotiens, 13. ff. si quis cautionibus, & c. l. 2. columna 1. ff. si quis in ius vocat. no. ier. Baldus in l. omnes populi. 9. colum. 10. ff. de iust. & iur. Petrus de Ancharan. in repet. Rubric. de regul. iur. in 6. columna 2. Harpr.

c In contractibus. Et quod in contractibus masculinum non concipiat femininum, communem attestatur Roland. in cons. 93. num. 12. & 17. volu. 2. & magis commune, vide etiã ibid. ex Alex. Item commune etiam per Benint. dec. 52. in princ. qui assignant rationem. & de hac communi, vide fufius in collect. mea comm. opin. verbo Masculinum, sub nu. 4. ubi etiam istud procedit in contractibus onerosis, non autem in procedentibus ex liberalitate. Giach.

Didac. lib. 2. resol. cap. 18. num. 1. in contractibus enim masculinum non concipit femininum, ut infra lib. 7. Et ideò generaliter in contractibus appellatione filiorum non venit femina. vide tamen ea que dixi eod. lib. 7. §. filius. quia reuera hæc decisio mihi nunquam placuit.

3 Sed pone, stat statutum in loco, quod extantibus masculis femina non succedat: modo aliquis accepit emphyteusim pro se, & filijs masculis, & feminis, nunquid admittentur simul femina cum masculis ad huiusmodi emphyteusim? Resp. quod non, sed prius admittuntur masculi, & in defectu ma-

QVÆSTIO XXXII.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Si emphyteuta ingrediatur religionem, numquid emphyteusis

transcat in monasterium.

Ex Additionibus.

1 An, & quatenus emphyteusis in monasterium transcat, si emphyteuta in illud ingrediatur.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXIII.

a Nunquid si emphyteuta ingrediatur religionem, &c. Quod si emphyteusis secularis transcat in Monasterium, si in illud emphyteuta ingrediatur; Non quæ emphyteusis Ecclesiastica, Doctores plerique concludunt, Barthol. Baldus, Paulus de Castro, & Decius Auth. ingressi. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & alij, quos refert, & sequitur Alexander Trentacinius variarum resol. libr.

1 Quæro nunquid si emphyteuta ingrediatur Religionem, emphyteusis transcat in monasterium? Respond. Iason in l. 2. numero 200. C. de iur. emphy. dicit, quod solet communiter concludi, quod quando emphyteuta ingrediatur religionem, emphyteusis accepta à priuato transcat in ecclesiam, sed si sit emphyteusis concessa ab alia Ecclesia, tunc si illa Ecclesia, quæ est domina directæ, vult illam ad

se reuocare, potest hoc facere, alias transcat in aliam Ecclesiam ego teneo indistincte in emphyteusis, quæ non sit absolute, & simpliciter hæreditaria, quod siue sit concessa ab ecclesia, siue à priuato, non transcat in monasterium: efficeretur enim valde deterior conditio domini directæ, cum non subest spes vlla caducitatis, neque quod propter sinem lineæ res amplius ad ipsum reuenteretur. Et quod emphyteusis etiam concessa à priuato non transcat in monasterium, dicit esse communem opin. (ni fallor) Paris. in d. c. in presentia. nu. 196. de probat. vel saltem dicendum est, quod in omnem casum ecclesia tenebitur illam redere infra annum alteri priuato. Et ita seruari de consuetudine attestatur Spec. in d. §. nunc aliqua. q. 117.

3. resolut. 1. de iur. emphyteut. num. 1. & 6. ubi hanc conclusionem pulchre declarat, & Clarum nostrum dissentientem hic in versic. ego teneo indistincte, & c. non sine ratione refutat. Harpr.



QVÆSTIO XXXIV.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Quomodo intelligatur in inuestituris emphyteuticis tertia, &

quarta generatio.

Ex Additionibus.

1 Appellatione generationis venit, & masculos, & feminas.  
2 Quo casu generatio masculina sumatur tantum pro masculis.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXIV.

a Vsq. in tertiam generationem, J Adde, quod si licet appellatione generationis veniat tam masculus, quam femina, etiam ex proprio significatu, per notata Alexandri consilio 61. columna secunda in fin. versicul. & sic in casu numero quarto, libro sexto, & Tiraquelli de retrahct. lignagier. §. primo glossa nona, numero 241. tamen hoc casu, quo emphyteusis fuerit concessa vsque ad tertiam generationem masculinam tantum, generatio masculina dicatur masculus, non autem femina, quamuis generata ex masculo. Ita tenent Corneus consil. 190. numero tertio, columna prima, in fin. versiculo & sic generatio, libro tertio, Peregrin. de fideicomis. articulo 22. numero 28. versicul. & sic dictum fuerit. Rebuff. in l.igni appellatione, 62. col. 3. ad fin. vers. Item generationis, ff. de verborum significat.



1 Vscis, quod quotidie in inuestituris emphyteuticis solent apponi illa verba, Vsq. in tertiam generationem: vel, vsque in quartam, vel huiusmodi: Quæro, quomodo intelligatur ista tertia, vel quarta generatio? Respond. in hoc secundum aliquos consideranda sunt verba ipsius inuestiturae, ut siquidem illa simpliciter concepta sunt, puta, concedo tibi hoc feudum in emphyteusim in tertiam generationem, computetur etiam persona ipsius acquirentis, & sic ipse faciat primam, filius secundam, & nepos tertiam generationem, ideòque mortuo nepote sit extincta emphyteusis. Si vero apposita sint aliqua verba, ex quibus appareat esse distinctam personam acquirentis ab illis descendens, puta, quia di-

ctum est, concedo Titio in emphyteusim vsque in ipsius tertiam generationem: eo casu filius faciat primam, nepos secundam, & pronepos tertiam. Et ita in facto consuluit Bart. ut dicit Bald. in Auth. si quas ruinas. num. 3. vers. iuxta hoc quæro, C. de sacrosan. Eccles. quem omnes indifferenter sequuntur, ut ait Bello. consilio 80. numero septimo, ubi etiam dicit, quod hoc casu hæc opinio est communis, et indubitata. Sed certe licet hoc ultimo casu proculdubio opin. Bartol. sit vera tamen hæc differentia mihi nunquam placuit, quia illud verbum, ipsius, utique erat necessario subintelligendum, etiam si expressum non fuisset, cum nemo generet seipsum, ut etiam considerauit Paul. de Castr. cons. 338. num. 1. & 2. lib. 2. ubi dicit, quod mirandum est de illa determinatione Bart. & si bene connumerentur auctoritates, forte etiam opin. contra Bart. est magis communis, scilicet, quod inter generationes expressas in concessione emphyteusis, nunquam computetur persona ipsius recipientis, quocumque modo concepta sint verba inuestiturae.

Imol. cons. 69. visis, ac ponderatis. nume. 2. Castrensi consilio 300. viso quodam processu, colum. 2. verificunt etiam, quod generatio. libro 2. eosque laudans Stephanus Gratian. disceptationum forens. ca. 295. num. 1. 2. & sequentibus. Harpre.

Idem q. & multo fortius dicendum est, ubi concessa esset emphyteus. Titio vsque in tertiam generationem expletam hoc enim casu proculdubio comprehenduntur etiam pronepotes. Et ita communiter tenetur, ut ait Ruin. cons. 166. nu. 6. lib. 1. Hanc etiam esse communem opin. attestatur Alexan. cons. 125. lib. 5. prout illum refert Gozad. cons. 25. nume. 17. & in hoc nulla est difficultas.

QVÆSTIO XXXV.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 Quo ordine succedatur in emphyteusi concessa pro se, & filijs,

& nepotibus.

Ex Additionibus.

1 Quo ordine succedatur in emphyteusi accepta per patrem pro se, suisque filijs.  
2 Pactum prius radicatur in persona paciscentis, deinde transit ad hæredes.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXV.

a Patet acquisiuit emphyteusim pro se, &c. Quod pater stipulas emphyteusim sibi, suisque liberis, vel filijs videatur stipulari ordine successiuo, ut primo sibi totaliter competat: deinde post eius obitum demum filijs, filiarumque simul ad eam admittantur præter Clarum nostrum, & ab eo hic citatos, tradit quoque Romanus consilio vigesimo secundo, au-



1 Vero: pater acquisiuit emphyteusim pro se, & liberis, vel filijs, et ne-

potibus suis, &c. quo ordine erit succedendum in huiusmodi emphyteusi? Resp. quod pater censetur stipulatus ipsam emphyteusim ordine successiuo,

scilicet, primo sibi, deinde filijs, deinde post filios nepotibus suis. Ita tenet Bartol. in l. quod dicitur. nu. 6. ff. de verb. oblig. et ita interpretatur communis observatio, ut dicit Corne. cons. 46. in lit. E. lib. 3. quæ refert Dec. cons. 239. post numer. 3. versicul. Tertio principaliter, & cons. 607. num. 10. & cons. 662. post num. 2. Vide in hoc proposito ea, quæ dixi supra libro 3. §. testamentum, q. 80.

mero secundo. Surdus consilio trigesimo secundo. numero trigesimo septimo, & Stephanus Gratianus disceptationum forensium, capitulo 347. numero primo, & secundo, ex hac ratione: quod pactum, & stipulatio prius radicatur in personam paciscentis, deinde transcat ad hæredes, per notata Iasonis, in lege quod dicitur, 86. in fine, ff. de verborum obligat. & Menochij libro tertio, præsumpt. 47. numero tertio,

tertio, & seqq. Illudque ampliatur, vt procedat, etiam si filij sine rini præfentes stipulationi: quia censentur etiam vocati ordine successiuo post mortem. Castrensi. consilio 159. libro secundo. Peregrin. de fideicommissi. articulo 17. numero 25. Maxime quando pater stipulatur sibi, & filio in potestate constituto: quic-

quid secus sit in eo, qui erat sui iuris. Nam tunc à principio emphyteusis tam filio, quam patri quaesita esset. Imola in l. Gallus 29. §. primo. ff. de liber. & posthum. hæredibus institut. Burfatus consilio 67. numero quinto, libro 1. Gratian. d. cap. 347. numero 3. & 4. Harprec.

QVÆSTIO XXXVI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Nepos ex filia femina an succedat in emphyteusi concessa vsque in tertiam generationem.
- 2 Et an filius masculus ex filia femina admittatur ad emphyteusin concessam pro se, & filijs masculis, vel pro se, & descendē-

tibus virilis sexus.

Ex Additionibus.

- 1 Num emphyteusis mihi, & meis filijs concessa, etiam nepotibus meis tributa videatur.
- 2 Filij appellatione etiam nepos comprehenditur, tum in fauorabilibus, tum in odiosis.
- 3 Vnum idemque dicitur, quicquid per rerum naturam continue procedit.
- 4 Interpretatio Nonnulla 7. c. 3. in principio.

ADDITIONES.

**Q**uod quis acceperit emphyteusin pro se, & filijs, &c. Ad denda hoc loco ista quaestio est: an emphyteusis mihi, & meis filijs concessa, etiam nepotibus meis tributa videatur? Et sane non defunt, qui existimant, emphyteusin isto modo mihi concessam, ad nepotes meos non deuolui, sed morte mea, meorumque filiorum penitus extingui. Salicetus in l. secunda, numero nono, & Iason numero 191. C. de iur. Emphyteut. & Do. Collega Bocer. claff. 2. disput. 14. thes. 77. edit. 2. Verum contrariam ego sententiam benigniorem, atque probabiliorē esse reor, per l. iusta. 201. & l. liberorum. 220. §. primo, & §. vltim. ff. de verborum sign. vbi expresse dicitur, filij appellatiōe etiam nepotem comprehendendi. Idque obtinet non in fauorabilibus tantum sed & in odiosis, l. filius. 14. ff. ad S. C. Maced. l. Senatusconsulto, 59. ff. de ritu nupt. etiam si in contractu verbis defertis dictum sit, vt Titius, & qui ex corpore eius descendunt, succedant, per ea, quæ eleganter tradit

QVÆST. XXXVI.

**Q**uero, concessa est alicui emphyteusi vsque in tertiam generationem, nūquid in ea succedat nepos ex filia femina? Respond. quod sic. Ita consuluit D. Marian. Socin. senior in quodam suo consilio, quod arbitror non esse impressum, vbi attestatur, banc esse communem opin. quem refert, & sequitur Corn. cons. 219. in litter. G. libro secundo, & cum hac sententia ego quoque transiō, ubi verba inuestiturae essent apta comprehendere feminas, sicut masculos. Sed si emphyteusis esset concessa pro se, & filijs, & nepotibus masculis vsque in tertiam generationem, crederem hoc casu non comprehendi nepotem masculum ex filia femina. Nam vbiunque aliquid conceditur pro descendētib; masculis,

Baldus in lege prima, post principium, Codic. de conditionibus insert. vbi ita scribit: Filiorum appellatione nepotes continentur, licet mentio fuerit facta de filijs, ex suo corpore natis. Nam verificatur in nepotibus: quia in eis est sanguinis continuatio; & vniūdemque dicitur, quicquid per rerum naturam continue procedit. Baldus referunt, & sequuntur Ioannes Caphalus consilio 262. numero septimo, ad finem, & Decianus consilio nono, numero octauo, & nono, vol. 2. Neque refert Nouella 7. cap. 3. in princ. vbi cū & filiorum, & nepotū fiat mentio: videtur dicendum, appellatione filiorum, nepotes non contineri. Alias siquidem frustra Imperator expressisset nepotes: cum filiorum appellatione veniret. Hoc, inquam, non refertur: quia ob id solū nepotum; mentio ibi expressa est, vt hæc verba (in duobus eiusdem personæ hæredibus) explicarentur, adeoque indicaretur, de duabus generationib; quarum prima sit filiorum altera nepotum, actum fuisse. Cetera, quæ huic sententiæ apponuntur, refutauit in §. adeo autem. 3. nu. 389. & seq. Institut. de loc. & conduct. Harpr.

QVÆSTIO XXXVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Emphyteusis concessa pro se, & filijs, nūquid transeat ad ipsos filios, etiam si non sint hæredes patris.
- 2 Et quid si sit concessa pro filijs, & hæredibus

- 3 Et quid si repudiet patris hæreditatem, an possint retinere emphyteusin.
  - 4 Et quid si concessa sit simpliciter vsque in tertiam, vel quartam generationem.
- Ex Additionibus.
- 1 Nūquid emphyteusis concessa pro se, & filijs, transeat ad ipsos filios, etiam si non sint hæredes patris.
  - 2 Et quid, si concessa sit pro se, & filijs, & hæredibus.

ADDI-

ADDITIONES.

QVÆST. XXXVII.

**T**ercio dic. Adde, vt per Rimin. Jun. consilio 395. nu. 23. 24. Giach. b. Simpliciter, & absolute pro se, & filijs. Quando emphyteusis concessa est simpliciter pro se, & filijs tunc certum est, filios succedere, etiam si non sint hæredes patris: quando vero concessa est pro se & filijs, & hæredibus: tunc necesse est, vt filij, si in emphyteusi succedere volūt, etiam sint hæredes. Ita post Clarum nostrum, & ab eo cumulatōs hic, sentit Alexander Trentacinq. quius, var. resolut. lib. 3. resolut. 3. de iur. emphyt. numero septimo, & octauo. Harprec.



**V**ero, nūquid Emphyteusis accepta pro se, & filijs transeat ad ipsos filios, etiam si non sint hæredes patris? Respondeo, aliqui distinguūt inter emphyteusin ecclesiasticam, & emphyteusin concessam à priuato, vt scilicet ista, quæ de sui natura transeat etiam ad extraneos hæredes, censetur concessa filijs, vt filijs, nō autem vt hæredibus. Et hanc opinionem dicit esse communem, Alexan. consilio 329. numero secundo, libro quinto. Tu dic, quod autem emphyteusis est concessa simpliciter, & absolute pro se, et filijs, nulla hæredum mentione facta, & tunc indistincte tenendum est, quod transeat ad filios, etiam si nō sint hæredes patris, prout etiam indistincte ita dicit Bartol. in d. l. vi iuris. iurandi. §. si liberi. numero 4. ff. de oper. libert. & est communis opin. vt dicit Alexand. consilio octauo, numero primo libro tertio, & consilio 119. numero quarto, libro quinto, quem refert Ias. in l. quod dicitur numero 29. ff. de verborū obligat. & Ioan. Dilect. de arte testandi, tit. 11. caut. 10. post numerum primum, & Ruin. consil. 43. numero quar-

to, libro primo, & consilio 169. numero septimo, eodem volumine. Curt. iun. consilio 78. numero tertio, & seq. Didac. libro secundo resol. capitulo decimo octauo, post numer. secundum, vers. quinta conclusio. Et licet multi ex præallegatis Doctor. loqui videantur in emphyteusi Ecclesiastica: ego tamen in hoc nullam facio differentiam, an talis emphyteusis sit concessa ab Ecclesia, vel à priuato, vt latè dixi infra libro 7. S. Filijs, in illa quaest. an in dubio pater præsumatur stipulari filijs, vt filijs, an autem filijs, vt hæredibus. Aut vero est concessa pro se, & filijs, & hæredibus, & tunc nō transit ad ipsos filios, nisi etiam sint hæredes: & sic vtraque qualitas requiritur, scilicet, quod sint filij, & quod sint hæredes. Ita tenent Bar. in d. §. si liberi, numero quarto, & est communis opinio, vt dicit Alexad. cons. 128. post numer. 6. vers. Et illa verba. libr. 1. quem refert Sigismund. cons. 1. feud. post num. 60. Iason in l. si non sortem. §. libertus, numero 35. ff. de condiç. indeb. & cons. 57. colum. 1. libr. primo. Et pariter hoc casu nulla est faciendā differentia, an emphyteusis sit concessa ab ecclesia, an autem à priuato, iuxta communem omnium interpretationem, vt ait Didac. lib. 2. resol. cap. 18. num. 3.

**E**x hac conclusione infertur, quod in primo casu, scilicet quando emphyteusis est concessa simpliciter pro se, et filijs, licet filij repudiet hæreditatem patris, poterunt nihilominus succedere in emphyteusi. Ita tenent communiter Doctor. vt ait Salyc. in Auth. vnde si parens, numero quinto. C. de inof. testam. quem refert Alexand. in l. quod dicitur, post numerum 19. col. 15. versic. Illud tamen intelligas. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Iason in l. 2. numero 188. C. de iure emphyt. Alciat. de præsumpt. in 1. reg. præsumpt. 31. numero primo. In secundo autem casu, scilicet quando emphyteusis est concessa pro filijs, & hæredibus, non poterunt filij renuciare hæreditatem, et emphyteusin retinere. Et hæc est communis opin. vt dicit Ias. in d. §. libertus, post numerum 35. Vide in proposito ea, quæ dixi infra, hoc eod. lib. S. feudum. q. 76.

QVÆSTIO XXXVIII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Emphyteusis an transeat ad institutum in re certa.

Ex Additionibus.

- 1 An & quatenus hæres particularis admittatur ad bona emphyteutica hæreditaria, remiffiue.

ADDITIONES.

QVÆST. XXXVIII.

**N**ūquid emphyteusis transeat ad institutum in re certa? Respondeo, si quidem est institutum alius hæres vniuersalis, procul dubio emphyteusis non transeat ad eum, qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes Iulij Clari Sent. Pract. Ciuil.

**Q**uero nūquid emphyteusis transeat ad institutum in re certa? Respondeo, si quidem est institutum alius hæres vniuersalis, procul dubio emphyteusis non transeat ad eum, qui est in re certa institutus. Et hoc inter omnes

conuenit, vt ait Didac. libr. 2. resol. cap. 18. post numerum quintū, hoc enim casu institutus in re certa habetur loco legatari, vt dixi supra, lib. 3. §. institutionum. Aut vero non est datus alius cohæres vniuersalis, & tunc, cum totum accrescat ipsi instituto in re certa, vti que transeat in ipsum etiam emphyteusis, simul cum reliquo hæreditatis; & in hoc non est difficultas, loquendo de emphyteusi hæreditaria, quam scilicet filius habere non potest,

nus Disceptationum forisium, capitulo 372. numero duodecimo, & aliquid sequentibus. Harprec.

X

test,